

## C A P U T   X X I I.

67

29.v.20. & c.25.v.9.10. Nec inscitè Imperator Ludovicus Balbus, *Os garrulum, inquit, intricat omnia; cui affinitate est illud Salomonis: Mors & vita in potestate lingua est.* Notatur hoc vitio uxor Simsonis, *Judic. 14.v.17.* & apud poëtas quidam Battus, de quo Ovid.lib.2. *Metamorpho.* fab.11. item Tantalus, de quo sic canit Ovidius:

*Quarit aquas in aquis, & poma fugacia captat  
Tantalus; hoc illi garrula lingua dedit.*

4 Intempestivum silentium est, quando quis in tacendo modum excedit.

S C H O L. Hoc vitio tenentur qui ad aliorum blasphemias in Deum effusas tacent, nec solicii sunt de nomine divino vindicando. Item si quis parentum & amicorum honorem, vel etiam suum ipsius silentio suo conculcari sinit, &c.

ং জলে প্রতিবেশী হওয়া পরামর্শ দেওয়া হচ্ছে।

## Cap. XXII. De Verecundia.

H Actenus fuit virtus conversationis in affectu, gestu & sermone; sequitur quæ est in pudore, & dicitur Verecundia, quâ homo in pudendo decorum modum observat.

S C H O L. Græcè dicitur ἀρδεσ, item αὐθηγούων. Distinguendum est autem inter Pudorem & Verecundiam. Pudor est vel naturalis, vel moralis; in illo moderando occupatur Verecundia. Moralis est vel moderatus, vel immoderatus. Moderatus idem est quod Verecundia, Schamhaftigkeit. Utrum autem Verecundia virtus sit, à nonnullis dubitatur, sed immerito, quia in dictis & factis moderatur pudorem, omnibusq; æstatibus, personis, & temporibus apta est, maximè tamen & in primis adolescentes decet. Quod autem pudor dicitur juveni decus, seni dedecus, intelligendū id est de pudore, qui oboritur ex aliquo minùs honesto. Diogenes cuidam juveni erubescenti, atque ob id perturbato; Confide, inquit, fili, istiusmodi est virtutis tinctura, ut refert Erasmus in